

**www.e-rara.ch**

## **Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

### III. Esdrae vulgo, apocryphus

---

#### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 17 Idcirco obiurgavi optimates Iehudáh, ac dixi eis, Quæ est res hæc mala quam facitis, & profanatis diem sabbathi?
- 18 Annon sic fecerunt patres vestri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem istam? & vos additis iracundiam super Iŷraêlê, violando sabbathum?
- 19 Quum ergo obtenebratæ essent portæ Ierusaláim ante sabbathum, dixi, & clausæ sunt valuæ: dixi præterea ne aperirent eas nisi vsq; post sabbathum: de pueris quoq; meis statui in portis, ne introduceretur onus in die sabbathi.
- 20 Manserunt itaque negotiatores & venditores omnium rerum venalium extra Ierusaláim semel & iterum.
- 21 Et contestatus sum eos, ac dixi illis, Quare manetis vos ex aduerso muri? si iteraueritis, manum mittam in vos: à tempore illo non venerunt in sabbatho.
- 22 Dixi præterea Leuitis vt mundarent sese, & venirent ad custodiendum portas, & sanctificarent diem sabbathi. etiam propter hoc memento mei Deus mi, & parce mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ.
- D 23 In diebus quoq; illis vidi Iehudæos qui duxerant mulieres Aŷdodithidas, & Ammonithidas, Moabithidas.
- 24 Et filij eorum partim loquebantur Aŷdo-
- dicè, & nesciebant loqui Iehudaicè, & secundum linguam cuiusque populi.
- 25 Propterea cõtendi cum eis, & maledixi eis, atque percussi ex eis aliquos, capillosque eorum euulsi: & adiuravi eos per Deum, Si dederitis filias vestras filiis vestris, aut vobis de filiabus eorum filiis vestris, aut vobis.
- 26 Nõne propter ista peccauit Selomóh Rex Iŷraêlis? & tamen in gentibus multis non fuit Rex similis ei, qui dilectus Deo suo erat, & posuerat eum Deus Regem super Iŷraêlem: eum quoque peccare fecerunt mulieres alienigenæ. 3. Reg. 3. b. 7
- 27 Et vobis nunquid obediemus vt admittamus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deum nostrum, ducendo mulieres alienigenas?
- 28 Vnus autem è filiis Ioiadáy filij Eliá sibi Sacerdotis magni, gener erat ipsius Sanballát Horonitæ, propterea fugavi eum à me.
- 29 Recordare eorum Deus mi, contra eos qui polluunt Sacerdotium, & pactum Sacerdotij & Leuitarum.
- 30 Itaque emundavi eos ab omni alienigena: & statui obseruáticas Sacerdotibus & Leuitis, vnicuique in opere suo.
- 31 Atque oblationi lignorum temporibus constitutis, primitiuis quoque. recordare mei Deus mi, in bonum. 3. Reg. 11. d. 1

## III. Esdræ vulgò, apocryphus.

Huius libri ne Græcorum quidem codicem, nedum Hebræi nemini (quod sciam) videre contigit: idcirco præter solam interpretationem veterem, aliud dare non potuimus.

## CAPVT I.

4. Reg. 23.  
e. 21  
2. Par. 35. 4. 1



- T** fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit Phase quattordecima luna primi mēsis,
- 2 Statuens Sacerdotes per vices dierum stolis amictos in tēplo Dñi.
- 3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex.
- 4 Non erit vobis tollere super humeros eam. & nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras,
- 5 Secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secundum magnificētiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorū qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.
- 6 Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini quod datum est Moyfi.
- B 7 Et donauit Iosias in plebem quæ inuēta est, ouium, agnorum, & hædorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.
- 8 Hæc de regalibus data sunt secundum promissionē populo: & Sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli centum.
- 9 Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hafabias, & Oziel, & Coraba, in Phase, oues quinque millia, vitulos quingentos.
- 10 Et hæc quæ fierent eleganter, steterunt Sacerdotes & Leuitæ, habentes azima per tribus.
- 11 Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moyfi scripta sunt:
- 12 Et assauerunt Phase igni prout oportebat: & ostias coxerunt in amulis, & in ollis cum benevolentia.
- 13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & Sacerdotibus.
- 14 Sacerdotes enim offerebant adipem, vsquedum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi & fratribus suis filiis Aaron.
- 15 Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à Rege.
- 16 Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerunt illis.
- 17 Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini.
- 18 In illa die egerunt Phase, & offerebant ostias super Domini sacrificium, secundum præceptum Regis Iosias.
- 19 Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Phase: & diem festum azymorum per dies septem.
- 20 Et non est celebratum Phase tale in Israel, à temporibus Samuel Prophetæ:
- 21 Et omnes Reges Israel non celebrauerunt tale Pascha quale egit Iosias & Sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis.
- 22 Octauo

- 22 Octauodecimo anno, regnante Iosia, celebratum est Phasè.
- 23 Et directa sunt opera Iosie in conspectu Domini sui in corde pleno metuentia:
- 24 Et quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus de eis qui peccauerunt, quisque irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæserunt verba Domini super Israel.
- D 25 Et post omnem actum hunc Iosia, ascendit Pharaò Rex Ægypti, veniēs in Charchamis ab itinere super Euphratem, & exiit obuiam illi Iosias.
- 26 Et misit Rex Ægypti ad Iosiam, dicēs, Quid mihi & tibi est Rex Iudæ?
- 27 Non sum missus à Domino vt pugnem contra te: super Euphratem enim bellum meum est: festinans descende.
- 28 Et non est reuersus Iosias super currum: sed expugnare eum conabatur, non attédens verbum Prophetæ ex ore Domini:
- 29 Sed cõstituit ad eum bellum in campo Maggeddo: & descenderunt principes ad Regem Iosiam.
- 30 Et dixit Rex pueris suis, Amouete me à prælio: infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie.
- 31 Et ascendit super currum secundariũ suum: & perueniens Ierosolymam, vita functus est: & sepultus est in paterno sepulchro.
- 32 Et in tota Iudæa lugebant Iosia: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem. & datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.
- 33 Hæc autem præscripta sunt in libro Historiarum Regum Iudæ: & singula gesta actus Iosia, & eius gloria, & intellectus eius in Legge Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro Regum Israel & Iudæ.
- E 34 Et assumētes qui erant ex gēte, Iechoniam filium Iosia, constituerunt Regē pro Iosia patre suo, quum esset annorum trigintatrium.
- 35 Et regnauit super Israel mensibus tribus. & amouit eum Rex Ægypti, ne regnaret in Ierosolymis:
- 36 Et multauit gētem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.
- 37 Et constituit Rex Ægypti Ioachim fratrem ipsius, Regem Iudæ & Ierusalem:
- 38 Et alligauit magistratus Ioachim, & Zaracelem fratrem suum: & apprehendens reduxit in Ægyptum.
- 39 Annorum erat Ioachim vigintiquinque, quum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini.
- 40 Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & alligans eũ in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam.
- 41 Et sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia.
- 42 Nam de immunditia eius & irreligiositate scriptum est in libro temporum Regum.
- 43 Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Quũ autem constitutus esset Rex, erat annorum decem & octo.
- F 44 Regnauit autē menses tres & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Dñi.
- 45 Et post annum mittens Nabuchodonosor, transmigravit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini.
- 46 Et constituit Sedeciam Regem Iuda & Ierusalem, quum esset annorum viginti vnus. regnauit autem annis vndecim:
- 47 Et fecit malũ in conspectu Domini, & non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab Ieremia Propheta ex ore Domini. iere. 38. f. 21
- 48 Et adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit: & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima Dñi Dei Israel.
- 49 Et duces populi Domini multa iniquè gesserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias Gentium: & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Ierosolymis.
- 50 Et misit Deus Patrum ipsorũ per Angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis & tabernaculo suo.
- 51 Ipsi verò subannabant in Angelis suis: & qua die loquutus est Dominus, erant illudentes Prophetis eius. G
- 52 Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gētem suam, propter irreligiositatē suam: & præcepit ascendere Reges Chaldæorum.
- 53 Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti:
- 54 Sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes, tulerunt in Babyloniam.
- 55 Et incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem: & turre eius incenderunt igne:
- 56 Et consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.
- 57 Et erant serui illius vsq; dum regnarēt Persæ in repletionē verbi Domini in ore Ieremiæ: iere. 25. c. 11, 29. b. 10
- 58 Quousq; benigne ageret terra sabbatha sua, omni tēpore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuagintaseptem.

CAPVT II.

- 1 **R**egnare Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, 2. Para. 36. d. 22
- 2 Suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, 1. Esdr. 1. d. 1
- 3 Dicens, Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Me constituit Regem orbi terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus:
- 4 Et significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem, quæ est in Iudæa.
- 5 Si quis est ex genere vestro, dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalem.
- 6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuēt eos qui sunt in loco ipso, in auro & argento,
- 7 In dationibus cum equis & iumentis, cumque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem Domini quæ est in Ierusalem.
- 8 Et stantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Biniamin, & Sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus ascendere, & ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem, & qui erant in circuitu eorum,
- 9 Adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi, quorum sensus excitatus est.
- 10 Et Cyrus Rex protulit vasa sacra Domini, B

- quæ transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo suo.
- 11 Et proferens ea Cyrus rex Persarum, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius.
- 12 Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præfidi Iudææ.
- 13 Horum autem hic numerus: libatoria argentea duo millia quadringenta, athiscæ argenteæ triginta, phialæ aureæ triginta, item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vasa mille.
- 14 Omnia autem vasa aurea & argentea, quinque millia octingenta sexaginta.
- 15 Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum iis qui ex captiuitate Babylonis venerant in Ierusalem.
- 16 In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de iis qui habitabāt in Iudæa & Ierusalem, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam epistolam regi Artaxerxi.
- 17 Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice.
- 18 Et nunc notum sit domino Regi quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalem ciuitatem refugam & pessimam, ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant.
- 19 Quod si ciuitas ista, & muri cõsummati fuerint, non tantum tributa non sustinebunt pendere, sed etiam Regibus resistent.
- 20 Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati sumus nõ despiciere hoc ipsum,
- 21 Sed notum facere domino Regi, vt si videbitur, Rex, quærat in libris patrum tuorum,
- 22 Et inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & Reges & ciuitates concutiens,
- 23 Et Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est.
- 24 Nunc ergo notum facimus domine Rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicem.
- 25 Tunc scripsit Rex Rathimo qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt.
- 26 Legi epistolam quam misisti mihi. præcepi ergo inquiri, & inuentum est quoniam ciuitas illa est ab æuo Regibus resistens,
- 27 Et homines refugæ, & prælia in ea efficietes, & Reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice.
- 28 Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere nequid ultra hæc fiat:
- 29 Sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt Regibus molestia importetur.
- 30 Tunc recitatis iis quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erant, iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba, & agmine:
- 31 Cœperuntq; ædificantes prohibere: & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsq; secundo anno regni Darij regis Persarum.

## CAPVT III.

- 1 **R**ex Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis,
- 2 Et omnibus purpuratis, & prætoribus & consulibus, & præfectis sub illo, ab India vsq; Æthiopiam, centum vigintiseptem prouinciis.
- 3 Et quum manducassent & bibissent, & satiati reuenterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergestus est.
- 4 Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus Regis, dixerunt alter alteri:
- 5 Dicamus vnusquisque nostrum sermonem B qui præcellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna,
- 6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo freno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum:
- 7 Et secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur.
- 8 Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtrus cervical Darij regis:
- 9 Et dixerunt, Quumq; surrexerit Rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcunque iudicauerit Rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est.
- 10 Vnus scripsit, Forte est vinum.
- 11 Alius scripsit, Fortior est Rex.
- 12 Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.
- 13 Et quum surrexisset Rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit.
- 14 Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:
- 15 Et sederunt in consilio: & lecta sunt scripta coram ipsis.
- 16 Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt.
- 17 Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini,
- 18 Et dixit, Viri, quàm præualer vinum omnibus hominibus qui bibunt illud? seducit mentem.
- 19 Itẽmq; Regis & orphani facit mentem vanam. item serui ac liberi, pauperis ac diuitis. D
- 20 Et omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum.
- 21 Et omnia præcordia facit honesta, & nõ meminit Regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit.
- 22 Et non meminerunt, quum biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios.
- 23 Et quum à vino merferint & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt.
- 14 O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

## CAPVT IIII.

- 1 **E**T inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine Regis:
- 2 O viri, num præcellunt homines qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt?
- 3 Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunq; dixerit illis, faciunt.
- 4 Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliunt montes, & muros, & turres.
- 5 Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. nam si vicerint, afferunt Regi omnia quæcunq; prædari fuerint.
- 6 Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursus quum fuerint metentes, afferunt tributa Regi.
- 7 Et ipse vnus solus si dixerit, Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittunt:
- 8 Dixerit, Percutite, percutiunt: dixerit, Exterminate, exterminant: dixerit, Ædificate, ædificant:
- 9 Dixerit, Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant:
- 10 Et omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit.
- B** 11 Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei.
- 12 Viri, quomodo non præcellit Rex qui sic difamatur? Et tacuit.
- 13 Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic est Zorobabel) cæpit loqui.
- 14 Viri, non magnus Rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum?
- 15 Nónne mulieres genuerunt Regem, & omnem populum qui dominatur mari & terræ:
- 16 Et ex illis nati sunt, & ipse educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit?
- 17 Et ipse faciunt stolas omnium hominum, & ipse faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus.
- 18 Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnã bono habitu & bona specie,
- 19 Omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam.
- C** 20 Homo patrem suum relinquit qui enutrit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit.
- 21 Et cū muliere remittit animã: & neq; patrem meminit, neq; matrem, neque regionem.
- 22 Et hinc oportet vos scire quoniam mulieres dominantur vestri. Nónne doletis?
- 23 Et accipit homo gladium suum: & vadit in viam facere furta & homicidia, & mare navigare & flumina,
- 24 Et leonem videt, & in tenebris ingreditur: & quum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert.
- 25 Et iterum, diligit homo vxorem suam magis quàm patrem aut matrem.
- 26 Et multi dementes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas.
- 27 Et multi perierunt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres.
- 28 Et nũc credite mihi, quia magnus est Rex in potestate sua: quoniam omnes regiones videntur tangere eum.
- 29 Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici, concubinam Regis sedentem iuxta Regem ad dexteram,
- 30 Et auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat Regem de sinistra manu.
- 31 Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si **D** ariserit ei, rider. Nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.
- 32 O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: quis ista agit?
- 33 Et tunc Rex & purpurati intuebantur in alterutrum: & inchoauit loqui de veritate.
- 34 O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die.
- 35 Nónne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus?
- 36 Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum.
- 37 Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt:
- 38 Et veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum.
- 39 Nec est apud eam accipere personas, neque **E** differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius.
- 40 Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis.
- 41 Et desit loquendo: & omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet.
- 42 Tunc Rex ait illi, Pete, si quid vis amplius quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.
- 43 Tunc ait Regi, Memor esto voti tui quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnum accepisti:
- 44 Et omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.
- 45 Et tu vouisti ædificare templum quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.
- 46 Et nunc hoc est quod postulo domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti Regi cæli ex ore tuo.
- 47 Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: **F** & scripsit epistolam ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deduceret eum & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem.
- 48 Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.

- 49 Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebāt à regnò in Iudæam pro libertate, omnem potentem & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum:
- 50 Et omnem regionem quam obtinuerāt, immunem esse eis, & Idumæi relinquunt castella quæ obtinent Iudæorum:
- 51 Et in structurâ templi dare per singulos annos talenta viginti, vsq; dum perædificaretur:
- 52 Et super sacrarium holocaustomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos.
- 53 Et omnibus qui procedūt à Babylonia, condere ciuitatem: vt esset libertas tā ipsis quàm filiis eorum, & omnibus Sacerdotibus qui præcedunt.
- 54 Scripsit autē & quantitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent.
- G** 55 Et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur.
- 56 Et omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia.
- 57 Et dimisit omnia vasa quæcūq; separauerat Cyrus à Babylonia: & omnia quæcūq; dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalē.
- 58 Et quū processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit Regem cæli,
- 59 Et dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas: & ego seruus tuus sum.
- 60 Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Dñe Deus Patrū nostrorum.
- 61 Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam: & venit, & nuntiavit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia.
- 62 Et benedixerunt Deum Patrū suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium,
- 63 Vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso: & exultauerunt cum musicis & læticia diebus septem.
- CAPVT V.
- 1. Esdr. 2. d. 1** **P**ost hæc autem electi sunt vt ascenderent principes pagorum per domos & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filia eorū, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.
- 2 Et Darius rex misit vnā cū eis equites mille, donec deducerēt eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & tibiis.
- 3 Et omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis.
- 4 Et hæc sunt nomina virorum qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partē principatus ipsorum.
- 5 Sacerdotes: filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, exprogenie Phares, de tribu Iuda,
- 6 Qui loquutus est sub Dario rege Perfarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius, mense Nisan primo.
- 7 Sunt autem hi qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrations, quos transmigravit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem.
- 8 Et requisit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emma-
- nio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorum.
- 9 Et numerus à gentilibus eorum, ex præpositis eorum, Filij Phares, duo millia centum septuagintadu.
- 10 Filij Ares, tria millia ceterū quinquagintaseptē.
- 11 Filij Phæmo, centum quadragintadu. In filiis Iesu & Ioabes, mille trecenti duo.
- 12 Filij Demu, duo millia quadringenti septuaginta. Filij Choraba, ducenti quinq; Filij Banica, centum sexaginta octo.
- 13 Filij Bebech, quadringentitres. Filij Archad, quadringenti vigintiseptem.
- 14 Filij Chan, trigintaseptem. Filij Zoroar, duo millia sexagintaseptem. Filij Adin, quadringenti sexagintavnus.
- 15 Filij Aderectis, centum octo. Filij Ciafo & Zelas, centum septem. Filij Azoroc, quadringenti trigintanouem.
- 16 Filij Iedarbone, centū trigintadu. Filij Anania, centum triginta. Filij Aloni, nonaginta.
- 17 Filij Marfar, quadringenti vigintiduo. Filij Zabarus, nonaginta quinq; Filij Sepolemon, centum vigintitres.
- 18 Filij Nepopas, quinquaginta quinq;. Filij Hechanatus, centum quinquaginta octo. Filij Cebethamus, centum trigintadu.
- 19 Filij Crearpatros, qui Enocadies, & Modia, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centum vigintivnus.
- 20 Qui ex Besselon, & Ceagge, sexaginta quinq; qui ex Bastaro, centum vigintiduo.
- 21 Qui ex Bechenobes, quinquaginta quinq;. Filij Liptis, centum quinquaginta quinq;. Filij Labonni, trecenti quinquagintaseptem.
- 22 Filij Sichein, trecenti septuaginta. Filij Sardon, & Cliomus, trecenti septuaginta octo.
- 23 Filij Ericus, duo millia centū quadraginta quinq;. Filij Anaas, trecenti septuaginta.
- 24 Sacerdotes: Filij Ieddu, filij Euther, filij Eliasib, trecenti septuagintadu. Filij Emerus, ducenti quinquagintadu.
- 25 Filij Phasurij, trecenti quinquagintaseptem. Filij Caree, ducenti vigintiseptem.
- 26 Leuitæ: Filij Iehu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuaginta quatuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexagintadu.
- 27 Filij, & filia, & vxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadragintadu.
- 28 Filij Sacerdotum qui psallebant in templo: Filij Afaph, centum vigintiocto.
- 29 Ostiarij verò: Filij Esmenni, filij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa filij Tobi, omnes centum trigintanouem.
- 30 Sacerdotes seruientes in templo: Filij Sel, filij Gafpha, filij Tobloc, filij Cariç, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Cana, filij Geddu,
- 31 Filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nachoba, filij Caseba, filij Gaze, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Hasten, filij Asiana, filij Manei, filij Nasifsim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui, filij Fauon, filij Phasalon,
- 32 Filij Meedda, filij Phusa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coesh, filij Nasith, filij Agisti, filij Pedon.
- 33 Salomon, filij eius filij Asophor, filij Phazida, filij

- da, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel, filij Sephegi,
- 34 Filij Aggia, filij Sacareth, filij Sabbathè, filij Caroneth, filij Malsich, filij Amæ, filij Salsus, filij Addus, filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij Phasphar, filij Malmon.
- 35 Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo.
- 36 Hi sunt filij qui ascenderunt à Thelmela, Thelharfa: principes eorum, Carmellam, & Careth:
- 37 Et nõ poterat edicere ciuitates suas & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici,
- 38 Ex Sacerdotibus qui fungebantur sacerdotio: & non sunt inuèti, filij Obia, filij Achifos, filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu:
- 39 Et vocati sunt nomine eius. & horum quaesita est generis scriptura in pædatura, & nõ est inuenta, & prohibiti sunt Sacerdotio fungi.
- 40 Et dixit illis Nehemias & Astharas, Ne participent sancta, donec exurgat Põtifex doctus in ostensionem & veritatem.
- 41 Omnis autem Israel erat, exceptis seruis & ancillis, quadragintaduo millia trecenti quadraginta.
- 42 Serui horum & ancillæ, septem millia trecenti trigintasetem. Cantores & cantatrices ducenti sexagintaquinque.
- E 43 Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi, septem millia trigintafex. Muli, ducenta millia quadragintaquinque. Subiugalia, quinque millia, vigintiquinque.
- 44 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei quod erat in Ierusalem, innouare & suscitare templum in loco suo, secundum suam virtutem:
- 45 Et dari in templum thesaurorum operum sacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & stolas sacerdotales centum.
- 46 Et habitauerunt Sacerdotes & Leuitæ, & qui exierat de plebe in Ierusalè & in regione: & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in regionibus suis.
- 47 Instante autem septimo mense, quumque essent filij Israel vnusquisque in suis rebus, cõuenerunt vnanimis in atrium quod erat ante ianuam Orientalem.
- 48 Et stãtes Iesus filius Iosedec, & fratres eius Sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare,
- 49 Vt offerret super illud holocaustomata, secundum quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt.
- 50 Et conuenerunt ibi ex alijs nationibus terræ, & erexerunt sacrum in loco suo omnes Gentes terræ: & offerebant hostias, & holocaustomata Domino matutina.
- Leui. 23. f. 34 51 Et egerunt scenopegiam, & diem solenem, sicut præceptum est in Lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat.
- 52 Et post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificatorum.
1. Esdr. 3. b. 7 53 Et quotquot vouebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & replu Domini nondũ erat ædificatũ.
- 54 Et dederunt pecuniam lapidarijs & fabris, & potum & pabula cum gaudio.
- 55 Et dederunt carra Sidonijs & Tyrijs, vt trãueherent illis de Libano trabes cedrinæ, & facerent rates in Ioppe portu, secundum decretũ quod scriptũ erat eis à Cyro rege Persarum.
- 56 Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense secũdo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & Sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerat de captiuitate in Ierusalè.
- 57 Et fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis secũdi anni, quum venissent in Iudæam & Ierusalem.
- 58 Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ cõspirantes, & exequutores Legis, faciẽtes opera in domo Domini.
- 59 Et steterunt Sacerdotes habẽtes stolas cum tubis: & Leuitæ filij Alaph, habẽtes cymbala,
- 60 Collaudantes Dominum, & benedicentes secundum Dauid Regem Israel.
- 61 Et cantabat canticũ Domino, quoniã dulcedo eius, & honor in secula super omnẽ Israel.
- 62 Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini.
- 63 Et venerunt ex Sacerdotibus & Leuitis, & præsentibus secundum pagos senioribus: qui viderant pristinam domum:
- 64 Ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno:
- 65 In tantũ vt populus non audiret tubas propter planctum populi. turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longè audiretur.
- 66 Et audierunt inimici tribus Iudæ & Benjamin: & venerunt scire quæ esset vox tubarum.
- 67 Et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate, ædificat replu Domino Deo Israel.
- 68 Et accedentes ad Zorobabel & Iesum, præpositos pagorum, dixerunt eis, Ædificabimus vnã vobiscum.
- 69 Similiter enim audiimus Dominum vestrũ, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazerth regis Assyriorũ, q transmigrauit nos huc.
- 70 Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Israel, Non est nobis & vobis ædificare domum Dei nostri.
- 71 Nos enim soli ædificabim⁹ Domino Israel secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum.
- 72 Gentes autem terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare.
- 73 Et aggressuras exercentes impedierunt ne consummaretur edificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

CAPVT VI.

- 1 IN secundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addin propheta apud Iudæam & Ierusalem in nomine Dei Israel super eos.
- 2 Tũc stãt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem: quum adessent

- eis Prophetę Domini, & adiuarent eos.
- 3 In iplo tempore venit ad illos Sifennes subregulus Syrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius.
- 4 Et dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & rectum istud, & alia omnia perficitis? & qui sunt structores qui hæc ædificant?
- 5 Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos qui erant ex captiuitate à Domino Seniores Iudæorum:
- 6 Et non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur.
- 7 Exemplum epistolę quam miserunt Dario. Sifennes subregulus Syrię & Phœnicis, & Satrabuzanes & sodales eius in Syria & Phœnicę præsides, regi Dario salutem.
- 8 Omnia nota sint domino Regi, quòd quum venissemus in regionem Iudæę, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domum Dei magnam:
- B** 9 Et templum ex lapidibus politis & magnis, & pretiosis materiis in parietibus:
- 10 Et opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè perfici.
- 11 Tunc interrogauimus Seniores, dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis?
- 12 Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & præpositos: & nominum scripturam præpositorum postulauimus illos.
- 13 At illi responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Domini qui fecit cælum & terram:
3. Reg. 6. d. 2 14 Et ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à Rege Israel magno & fortissimo, & consummata est.
4. Reg. 24. d. 1 15 Et quoniã patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonię, regis Chaldæorum:
- 16 Et domum istam demolientes, incenderunt: & populum captiuum duxerunt in Babylonem.
1. Esdr. 5. c. 13 17 In primo anno regnante Cyro rege Babylonię, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare:
- 18 Et illa sacra vasa aurea & argentea quę extulerat Nabuchodonosor de domo quę est in Ierusalem, & cõsecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel & Salmanasar subregulo:
- G** 19 Et præceptum est eis vt offerrent hæc vasa, & reponerent in templo quod erat in Ierusalem, & ipsum templum Dei ædificare in loco suo.
- 20 Tunc Salmanasar subiecit fundamenta domus Domini, quę est in Ierusalem: & exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem.
- 21 Nunc ergo si iudicatur à te ô Rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quę sunt in Babylonia:
- 22 Et si inuentum fuerit, cõsilio Cyri regis cęptam esse structuram domus Domini quę est in Ierusalem, & iudicatur à domino Rege nostro, scribat de his nobis.
- 23 Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus est in Ecbatanis oppido, quod est in Media regione, locus vnus in quo scripta erant ista,
- 24 Anno primo regnate Cyro, rex Cyrus præcepit, domum Domini quę est in Ierusalem ædificare, vbi incendebant igni assiduo,
- 25 Cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiusdem regionis, & meniano vno nouo: & impedia dari de domo Cyri regis: 1. Esdr. 6. 4. 3
- 26 Et sacra vasa domus Domini tã aurea quàm argentea, quę extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quę est in Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic. **D**
- 27 Et præcepit curam agere Sifennę subregulum Syrię & Phœnicis, & Satrabuzanem & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnicę præsides, vt abstinere se ab eodẽ loco.
- 28 Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & prospexi vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudæorum, donec consummetur templum ædis Domini:
- 29 Et à vexatione tributorum Cœlesyrię & Phœnicis, diligenter quãtitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos:
- 30 Similiter autem & frumentum, & fal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout Sacerdotes qui sunt in Ierusalem, dictauerunt consumi quotidie sine vlla dilatione,
- 31 Vt offerantur libationes summo Deo pro Rege & pueris eius, & orēt pro ipsorum vita.
- 32 Et denuntietur vt quicumq; transgressi fuerint aliquid ex iis quę scripta sunt, aut spreuerint, accipiat lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum Regi ascribatur.
- 33 Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum est tibi, exterminet omnem Regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut malè tractare domum Domini illam quę est in Ierusalem.
- 34 Ego Darius rex decreui quàm diligentissimè secundum hæc fieri.
- CAPVT VII.
- 1 **T**unc Sifennes subregulus Cœlesyrię & Phœnicis, & Satrabuzanes & sodales obsequuti iis quę à Dario rege erant decreta, 1. Esdr. 6. c. 13
- 2 Inhibebant sacrosanctis operibus diligentissimè, cooperantes cum Senioribus Iudæorum principibus Syrię:
- 3 Et prosperata sunt sacrosancta opera, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
- 4 Et cõsummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex cõsilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Persarum.
- 5 Et consummata est domus nostra vsque ad tertiam & vicefimam diem mēsis Adar, sexto anno Darij Regis. **B**
- 6 Et fecerunt filij Israel, & Sacerdotes, & Leuitę, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt secundum ea quę scripta sunt in libro Moyfi.
- 7 Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,
- 8 Et hædos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secundum numerum tribuum Israel.
- 9 Et ste-

- C** 9 Et steterunt Sacerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super omnia opera Domini Dei Israel secundum librum Moyfi, & ostiarij per singulas ianuas.
- 10 Et egerunt filij Israel cum iis qui erant ex captiuitate, illud Phasè quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt Sacerdotes & Leuitæ.
- 11 Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt.
- 12 Et immolauerunt Phasè vniuersi filij captiuitatis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibi metipsis.
- D** 13 Et manducauerunt filij Israel, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus Gentium terræ, quærentes Dominum:
- 14 Et celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu Domini.
- 15 Quoniam conuertit consilium Regis Assyriorum in eos, confortare manus eorū ad opera Domini Dei Israel.

CAPVT VIII.

- E**T post hunc regnante Artaxerxe Persarū Rege accessit Esdras filius Hazariæ, filij Helciæ, filij Solome,
- 2 Filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi Sacerdotis:
- 3 Hic Esdras ascendit de Babylonia quū esset scriba & ingeniosus in Lege Moyfi, quæ data est à Domino Deo Israel docere & facere.
- 4 Et dedit ei Rex gloriā, quod inuenisset gratiam in omni dignitate & desiderio in conspectu eius.
- 5 Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & Sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem.
- 6 Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense, (hic annus septimus est regni) exeūtes de Babylonia nouilunio quinti mensis,
- 7 Venerunt Ierosolymam iuxta præceptum illius secundum prosperitatem itineris à Domino ipsorum datam eis.
- 8 In his enim Esdras magnam disciplinā obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum quæ essent ex Lege Domini & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium.
- 9 Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram Sacerdotem, & Lectorem Legis Domini: cuius exemplum subiectum est.
- 10 Rex Artaxerxes Esdræ Sacerdoti & lectori Legis Domini, salutem.
- 11 Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorū sua sponte, & ex Sacerdotibus & Leuitis qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem:
- 12 Siqui ergo cupiunt ire tecum, conueniāt, & proficiantur sicut placuit mihi & septē amicis meis consiliariis:
- B** 13 Vt visitent ea quæ aguntur secundum Iudæam & Ierusalem, obseruantes sicut habes in

Lege Domini:

- 14 Et ferant munera Domino Deo Israel, quæ voui ego & amici Ierusalem, & omne aurum & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ, Domino in Ierusalē cum illo
- 15 Quod est donatum pro ipsa Gente in templum Domini eorum quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ iis sunt congruentia,
- 16 Vt offerat hostias Domino super altare Domini ipsorum quod est in Ierusalem.
- 17 Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundum præceptum Domini Dei tui.
- 18 Et sacrosancta vasa quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem:
- 19 Et cætera quæcunque tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio.
- 20 Quum volueris cū fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum voluntatem Domini.
- 21 Et ego quidem Rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunque scripserit Esdras Sacerdos & lector Legis Domini, diligenter detur ei vsque ad argenti talenta centum, similiter & auri:
- 22 Et vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunq; abundant sine taxatione.
- 23 Omnia secundum Legem Dei fiant Deo altissimo, ne fortè exurgat ira in regno Regis, & filij, & filiorum eius.
- 24 Vobis autem dicitur, vt omnibus Sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius,
- 25 Nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obicere eis quicquam.
- 26 Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei constitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui Legem Dei tui nō nouerunt, doce:
- 27 Vt quotquot transgressi fuerint Legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiā pecuniæ multatione, vel abductione.
- 28 Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus Patrum nostrorum qui dedit hanc voluntatem in cor Regis, clarificare domum suam quæ est in Ierusalem,
- 29 Et me honorificauit in conspectu Regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius:
- 30 Et ego constans animo factus sum secundū opitulationem Domini Dei mei, & cōgregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecū.
- 31 Et ij sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus portionales eorū qui mecum ascēderūt de Babylonia in regno Artaxerxis.
- 32 Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Accus filius Sceticiliæ:
- 33 Ex filiis Pares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta:
- 34 Ex filiis ductoris Moabilonis, Zaraei, & cū ipso viri ducenti quinquaginta:

1. Esdr. 8. d. 1.

- 35 Ex filiis Zachues, Iechonias, Zechoeli, & cū ipso viri ducenti quinquaginta:
- 36 Ex filiis Sala, Maafias Gotholiæ, & cū ipso viri septuaginta:
- 37 Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta.
- 38 Ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri ducenti duodecim:
- 39 Ex filiis Baniæ, Salimoth filius Iofaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta.
- 40 Ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo.
- 41 Ex filiis Ezead, Iohannes Eccetan, & cum ipso viri centum decem.
- 42 Ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta.
- 43 Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & merati fuimus illic triduo, & recognoui eos.
- 44 Et ex filiis Sacerdotum & Leuitarum non inueni illic.
- 45 Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Mafman, & Maloban, & Eneathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagan, Zachariam, & Mosolamum ipsos ductores & peritos:
- 46 Et dixi eis vt venirēt ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacij.
- 47 Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui Sacerdotio fungerentur in domo domini Dei nostri.
- 48 Et adduxerunt nobis secundum manū validam Domini Dei nostri, viros peritos, ex filiis Moholi, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo.
- 49 Asbiam & Amin ex filiis filiorū Chanangi, & filij eorum viri viginti.
- 50 Et ex iis qui templo seruiabant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruientium ducenti viginti. omnia nomina significata sunt in scripturis.
- 51 Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quererem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filiis, & pecoribus propter insidias.
- 52 Erubui enim petere à Rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia cōtra aduersarios nostros.
- 53 Diximus enim Regi, quoniā virtus Domini erit cū eis qui inquirunt eum in omni affectu.
- 54 Et iterum deprecati sumus Dominū Deum nostrum secundū hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.
- 55 Et separaui ex plebis præpositis, & Sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebiam, & Afannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem.
- 56 Et appendi eis aurum & argentum & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donaauerat Rex, & consiliarij eius, & principes, & omnis Israel.
- 57 Et quum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum,
- 58 Et vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendētia, duodecim, auri speciem reddentia:
- 59 Et dixi eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votū est Domino Deo Patrum nostrorum.
- 60 Vigilare & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & Sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus Dei nostri.
- 61 Et ij qui susceperunt Sacerdotes & Leuitæ aurum & argentū & vasa, intulerunt in Ierusalem in templum Domini.
- 62 Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem.
- 63 Et quum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentū traditum est in domo Domini Dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti:
- 64 Et cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iofadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerum, & ad pōdus vniuersa.
- 65 Et scriptum est pōdus ipsorum eadē hora.
- 66 Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificiū Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octogintasex,
- 67 Agnos septuagintaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.
- 68 Et relegerunt præcepta Regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentem, & tēplum Domini.
- 69 Et cōsummatis his, accesserunt ad me præpositi dicentes, Non segregauerunt genus Israel, & principes, & Sacerdotes, & Leuitæ.
- 70 Et alienigenæ Gêtes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis, & Moabitibus, & Ægyptiis, & Idumæis:
- 71 Coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filij eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis Gentibus terræ: & participes erant præpositi & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni.
- 72 Et mox vt audiui ista, conscidi vestimēta & sacram tunicam: & lacerans capillos capitis & barbam, sedi dolens & mœstus.
- 73 Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Israel, ad me lugentem super iniquitatem istam: & sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum.
- 74 Et confurgens à ieiunio, conscissa habēs vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum,
- 75 Dicebam, Domine confusus sum, & reuertus sum ante faciem tuam.
- 76 Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cælum:
- 77 Quoniam à temporibus patrū nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hūc.
- 78 Et propter peccata nostra & patrū nostrorū sumus traditi cum fratribus nostris, & cum Sacerdotibus nostris, Regibus terræ in gladium & captiuitatem, & deprædationem, cum confusione vsque in hodiernum diem.
- 79 Et nunc quantum est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locū sanctificationis tuæ,

- 80 Detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ.
- 81 Et quum seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis Reges Persarum dare cibum,
- 82 Et clarificare templum Domini Dei nostri, & edificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalem.
- G** 83 Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum Prophetarum,
- Deuter. 7. d. 1** 84 Dicens, Quoniam terra, in quam introistis possidere hæreditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua:
- 85 Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris:
- 86 Et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum.
- 87 Et quæ contingunt nobis, omnia sũt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra.
- 88 Et dedisti nobis talem radicem, & rursus reuersi sumus transgredi legitima tua, vt commisceremur immunditiæ alienigenarũ Gentium terræ huius.
- 89 Nonne irascèris nobis perdere nos, quoad vsque non relinquatur radix & nomẽ nostrũ?
- 90 Domine Deus Israel, verax es. derelicta est enim radix vsque in hodiernum diem.
- 91 Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris: non est enim adhuc stare ante te in his.
- 1. Esdr. 10. d. 8** 92 Et quũ adorando confiteretur Esdras flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres, & iuuenes & iuuenulæ. flens enim erat magnus in ipsa multitudine.
- 93 Et quũ clamasset, Iechonias Ieheli ex filiis Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex Gẽtibus terræ.
- 94 Et nunc es super omnem Israel. In iis ergo sit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum.
- 95 Sicut tibi decretum est à maioribus secundum Legem Domini, exurgens explica.
- 96 Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus: viriliter fac.
- 97 Et exurgens Esdras, adiurauit principes Sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.
- CAPVT IX.
- 1. Esdr. 10. d. 6** 1 **E**T exurgens Esdras ab ante atrium tẽpli, abiit in pastophorium Ionathæ filij Nabsabi.
- 2 Et hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.
- 3 Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati,
- 4 Vt quicumque non occurrerit biduo vel tri-duo diei secundum iudicium assidentium Seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.
- 5 Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Benjamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus.
- 6 Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præsentem.
- 7 Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis, collocantes vobis in matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel.
- 8 Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo Patrum nostrorum:
- 9 Et perficite voluntatem ipsius, & discedite à Gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.
- 10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna, Sicut dixisti, faciemus.
- 11 Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernũ, & non possumus in subsidium stare: & hoc opus non est nobis vnus diei, neque bidui: multum enim in iis peccauimus:
- 12 Stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habet vxores apud se alienigenas.
- 13 Et assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant iram Domini, negotij huius.
- 14 Ionathas autem filius Ezei, & Ozias Thecam susceperunt secundũ hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.
- 15 Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate.
- 16 Et elegit sibi viros Esdras Sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina, & confederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud.
- 17 Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsq; ad neomeniam primi mensis:
- 18 Et inuẽti sunt ex Sacerdotibus permisti qui habebant alienigenas vxores.
- 19 Ex filiis Iesu filij Iosedec, & fratribus eius, Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus:
- 20 Et iniecerunt manus vt expellerent vxores suas, & ad litandum in exorationem arietem pro ignorantia sua.
- 21 Et ex filiis Semmeri, Maseas, & Esses, & Ieelech, Azarias.
- 22 Et ex filiis Fosere, Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas.
- 23 Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Fasteas, & Coluas, & Elionas.
- 24 Et ex sacris cantotibus, Eliasib, Zaccarus.
- 25 Et ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes.
- 26 Et ex Israel, ex filiis Foro, Ozi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, & Iammebias, & Bannas.
- 27 Et ex filiis Iolamã, Chamias, & Zacharias, & Iezrelus, & Ioddus, & Erimoth, & Helias.
- 28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas, & Liasumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias.
- 29 Et ex filiis Zebes, Iohannes, & Amanias, & Zabdias, & Emens.
- 30 Et ex filiis Banni, Olamus, & Maluchus, & Ieddeus, & Iasub, & Azabus, & Ierimoth.
- 31 Et ex

- 31 Et ex filiis Addin, Naathus, & Moofias, & Caleus, & Raanas, Maafas, Mathathias, & Be feel, & Bonnus, & Manaffes.
- 32 Et ex filiis Nuæ, Noneas, & Afeas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Benjamin, & Malchus, & Marras.
- 33 Et ex filiis Afom, Carianeus, Mathathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manaffes, & Semei.
- 34 Et ex filiis Banni, Ieremias, & Moadias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliasib, & Mathaneus, & Eliasis, & Orizas, & Dielus, & Semedius, & Zambris, & Iosephus.
- 35 Et ex filiis Nobei, Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Iessei, Baneas.
- E 36 Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis.
- 37 Et inhabitauerunt Sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. & erant filij Israel in commorationibus suis.
2. Esdr. 8. 4. 1 38 Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ Sacræ.
- 39 Et dixerunt Esdræ pontifici, & Lectori, vt afferreret Legem Moyfi quæ tradita est à Domino Deo Israel.
- 40 Et attulit Esdras pontifex Legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus Sacerdotibus audire Legem nouilunio mensis septimi.
- 41 Et legebat in area quæ est ante Sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris & mulieribus. & dederunt omnes sensum ad Legem.
- F 42 Ersteterunt Esdras Sacerdos, & lector Legis super ligneum tribunal quod fabricatum erat.
- 43 Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram:
- 44 Et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias:
- 45 Et assumpsit Esdras librû coram omni multitudine: (præsidebat enim in gloria in conspectu omnium)
- 46 Et quum absoluisset Legem, omnes erecti steterunt, & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.
- 47 Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procedentes in terram, adorauerunt Dominum.
- 48 Iesus, & Banaetis, & Sarebias, & Iaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioradus, & Ananias, & Philias Leuitæ,
- 49 Qui docebant Legem Domini, & in multitudine legebant Legem Domini: & præferabant singuli eos qui intelligebant lectionem.
- 50 Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & Lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, dicēs, Dies hic sanctus est Domino. & omnes flebant quum audissent Legem.
- 51 Et dixit Esdras, Digressi ergo manducate pinguisima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera iis qui non habent.
- 52 Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse: Dominus enim clarificabit vos.
- 53 Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.
- 54 Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera iis qui non habebant, vt epulareretur. magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt.
- 55 Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare læticiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.
2. Esdr. 8. c. 10

## IIII. Esdræ vulgò, apocryphus.

Inscribitur hic liber Esdræ prophetæ secundus, ideo fortasse quod qui præcessit, eiusdem Esdræ prophetæ sit primus. Nam Esdræ liber Hebraice scriptus qui præcedit Nehemiam, Esdræ scribæ & Legis doctoris est, vt ipse testatur septimo capite libri sui.

## CAPVT I

1. Esdr. 7. 4. 1



2

LIBER Esdræ prophetæ secundus, filij Sarei, filij Azaræi, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoc, filij Achitob,

Filij Achizæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Hasei, filij Marimoth, filij Arna, filij Ozizæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar,

3 Filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.

4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

Esdr. 7. 4. 1

5 Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorû iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filiis filiorum:

6 Quia peccata parètum ipsorum in illis creuerunt. obliuioni enim mei, sacrificauerunt diis alienis.

7 Nónne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo seruitutis? ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt.

8 Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam non obediunt Legi meæ. populus autem est indisciplinatus.

9 Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? B

10 Reges multos propter eos subuertit, Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussit. Exo. 14. g. 28

11 Omnes gentes à facie eorum perdidit, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipauit, & omnes aduersarios eorum interfecit. Numer. 21. d. 24. Iosue 8. 10. 12

12 Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit dominus:

13 Nempe ego vos per mare transmeaui, & plareas vobis in itinere munitas exhibui: duce[m] vobis dedi Moysen, & Aaron Sacerdotem. Exo. 14. g. 29. Exod. 3. b. 10.

14 Lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna Exo. 13. d. 21